



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Basterna, & super equum leuate, & quantum protinus poteritis, illis partibus accelerate; in hac basterna ad suam non possum venire præsentiam. Franci leuantes Chrothildem super equum festini ad Chlodoueuum pergunt.

GVMQ; Aredius à Massilia velocissimo cursu hæc *Caput 19.*
 audiens ad Gundobadum venisset, dixit ei Gundobadus, Audisti quòd amicitiam cum Francis iniuimus, neptemq; meam Chlodoueo tradidi vxorem? Respondes Aredius dixit, Nō est hoc amicitia cultus, sed initium discordia perpetua. Reminiscere debueras domine quòd genitorem Chrothildis germanum tuum Chilpericum gladio trucidasti, matrem eius lapide ad collum ligata necari iussisti, duos eiusdem germanos capite truncatos in puteum fecisti projicere: si præualuerit, iniuriam parentum vindicabit. Dirige protinus exercitum post eam, & reuertatur; facilius vnus feres iurgium, quam omnitempore tu & tui vexentur à Francis. Hæc audiens Gundobadus exercitum post tergum Chrothildem præsentandam dirigit, qui consequentes thesauros à Basterna cuncta retinent. Chrothildis vero cum appropinquasset Viliariaco in qua Chlodoueus residebat in territorio Trecassino, adhuc antequam terminos Burgundia Chrothildis præteriret, rogans eos à quibus ducebatur, vt XII. leucas in vtrasque partes de Burgundia protererent & incenderent: quod cum permittente Chlodoueo fuisset impletum, dixit Chrothildis, Gratias tibi ago Deus omnipotens, quòd initium vindicta de genitoribus & fratribus meis video.

Tunc ad præsentiam Chlodouei perducitur, ipsamq; *Caput 20.*
 in matrimonium Chlodoueus accepit, quam cultu regali perfecto dilexit amore. Habebat iam tunc Chlodoueus filium de concubina nomine Theodoricum

Rrrr